Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Linea pontificū

Zaraya

Meyraioth

Amarias

Achitob

Iſti quattuor in linea pontificum: nō fuerūt ſummi ſacerdotes. ſed Sadoch de eis deſcendit: quē ſalomō conſtituit ſummū in pontificatum: reiecto pri⁹ abyathar de ſacerdotio qui fuit vltimus de linea ythamar.

Iepte illegittim⁹ princeps latrocinātiū. fact⁹ eſt dux exercit⁹ a galaaytidis vt pugnaret contra āmonitas. ⁊ miſſis pri⁹ nūcijs Iepte ad regē Amon: ratione oſtēdens iniuſte eos vſurpare velle terras eis a dño cōceſſas. cū nollet euz audire facto voto de offerendo qđ ei primo occurreret de domo reuertēti cū victoria acceſſit cōtra āmonitas et debellauit eos. Cui reuertenti occurrēs filia virgo cuz tympano: vt votū ſeruaret ymolauit eaz. ſtult⁹ in vouēdo. impi⁹ in implēdo. Iudicauit aūt Iepte iſrael. vi. ānis iudex ſeptim⁹. poſt quē iudicauit. viij. Abeſſan de bethleem annis. vij. habēs. xxx. filios ⁊ totidē filias. Poſt quē iudicauit. ix. Abyalon zabulonites annis decē. Iudicauit poſt illum Abdon. viij. annis hñs xl. filios Iudex decimus.

Carthago vrbs fuit celeberrima ī affrica a Cartha oppido (teſte Seruio) nomen aſſumpſit. Et aput grecos. Καρχηδων. ſcribit. Cōſtructa primū a didone beli regis tyriorū filia: annis ſeptuagita trib⁹ anteq̈ʒ roma ipſa cōſtrueret vt dixit Iuſtin⁹ libro. xviij. Que pri⁹ a bouis corio Byrſa dicta fuit. qr ꝑ illa edificāda tantū loci dido emerat a rege hiarba. q̄ʒtum corio thauri tegi poſſet. dicēte virgilio libro Eneid. primo. Mercatiq̈ʒ ſolū facti de noīe byrſam: Thaurino. q̄ʒtum poſſet circūdare tergo. Coriū eñ illud in tenuiſſimos filos ſecari fecit. quo loco multū circūdedit vocātes illū locū lingua phenicia byrſam. i. coriū: que poſtea mutato vocabulo Carthago dicta eſt. Cicero quoq̈ʒ de natura deorum libro ſecūdo. Poſtq̈ʒ tres hercules declarauit. Quart⁹ inq̇t fili⁹ Iouis et Aſteries ſororis latone qui Carthaginē filiā genuit a qua Byrſa quā dido cōdidit Carthago vocata eſt. Hec eadez teſte Plinio libro. xv. naturalis hyſtorie centuz viginti annis romanis emula fuit. Pluries eñ deſtructa: Pluries inſtaurata. Fuit aūt hec inclita ciuitas vetuſtate originis magnitudine ⁊ claritate ante omnes affrice ⁊ hyſpanie ꝓuinciarum vrbes memorāda. Primo autez excidio Scipio iunior magni Scipionis nepos in tercio bello punico cōſul fact⁹ ſex cōtinuis dieb⁹ ac noctib⁹ illā oppugnauit et vltra deſperationē tandē ciues in deditionē traxit. petētes vt q̇s belli clades reliquos fecerat viuire ſaltē liceret. Eo ī bello mulierū viginti q̇nq̈ʒ milia: viroꝝ vero trigita trucidata fuiſſe referūt: Haſdrubal aūt eoꝝ rex vltro tranſfugiēs ei⁹ vxorē. ſe ſuoſq̈ʒ filios in mediū iecit incēdium. quod ſexdecim cōtinuis dieb⁹ arſit. Et miſerū (vt Liui⁹ ait) etiā victorib⁹ ꝓbuit ſpectaculū. ⁊ nūc Carthago ſexcēteſimooctauo ab ei⁹ cōditiōe anno omni murali lapide deleta fuit. Verū poſtq̈ʒ euerſa fuit vigeſimoſcđo anno lelio cecilio motello. ⁊ L. Q. flāmineo cōſulib⁹ reparari iuſſa eſt. qua repata Romani ciues eo miſſi deducti ſunt. Sed vt idē liui⁹ inq̇t intra breue tp̄s Ethna vltra ſolitū flameos ignes euomēs calidis cinerib⁹ exuſta eſt. tecta deſtruxit. Cui⁹ ſubleuande calamitatis cauſa Senat⁹ Ro. decē annis ei vectigalia remiſit. Multas etiā ꝑ tpa Gethorū calamitates ꝑtulit. Tandē in Mauroꝝ man⁹ deueniēs regū ſedes. ⁊ regia nūc vſq̈ʒ habita eſt. Que et vernacl'a lingua Tunicū appellata eſt.

Carthago